Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



328 376

In diebus illis Oracionem faciebant sacerdotes dni offerentes sacrificium populo israel. Ionathas inchoante: ceteris autem respondentibus et dicentibus Hec faciat nobis deus et meminerit testamenti sui quod ad abraham et ysaac et iacob locutus est seruorum suorum fidelium: et det nobis omnibus ut colatis eum et faciatis eius uoluntatem. Adiuuet dns cor nostrum in lege sua et in preceptis suis: et faciat pacem: Exaudiat oracionem nostram et reconciliet nobis: nec nos deserat in tempore malo dns deus iste Gr. Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum dni ibimus V. Fiat pax in uirtute tua et habundancia in turribus tuis Al. Ostende nobis dne misericordiam tuam et salutare tuum da nobis Secundum Lucam. In illo tempore Dixit dns iesus. Amen dico uobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis usque modo non petistis quicquam in nomine meo Petite et accipietis: ut gaudium uestrum sit plenum Off. Precepit moyses in aspectu dni dei sui et dixit beatus est moyses in aspectu dni dei sui et dixit quare dne irascieris in populo tuo parce ire animae tue memento abraham ysaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel et placatus factus est dns de malignitate quam dixit facere populo suo Se. Oremus qui credentes in te populos nullis suis exigentibus meritis dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipe: ut pax tua pietate accessa christianorum fines auoi hostile faciat esse securos Po. Amen dico uobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet uobis Ad com. Pacem meam do uobis alla pacem relinquo uobis alla al-